UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicæ Sive Ivs Ecclesiasticvm

Wiestner, Jacob

Monachii, 1705

VI. De Electorum absentium Procuratoribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62620

Visual Library

conſtet, docet idem Laiman *n. 4.* Ratio eſt; quia tali caſu comparere nolle, ac proinde juri ſuffragii pro ea vice renuntiare, & de numero electorum non eſſe cenſentur; ut adeo eos denuo vocare non ſit neceſſe; quia eum, qui certus eſt, certiorari ulterius non oportet, *Regula eſt 31. in 6.*

97. Caſu autem, quô capitularium legitimè congregatorum aliqui à loco & tractatu electionis ſponte & non redituri recedunt; opus eſt diſtinctione; vel enim duæ aut ſaltem major pars capitularium remanet, vel non? Si prius, remanentes electionem proſequi & perficere poſſunt abſque iis, qui abſque neceſſitate receſſerunt; quia capitulô ſemel legitimè congregatô ſtandum eſt judiciô partis majoris & ſanioris, *c. 1. De iis, quæ à majori &c.* Panormit. *in c. Cùm nobis 19. n. 10. & ibi* Laiman *n. 4.* Neque opus eſt revocatione recedentium ſive iterata eorum citatione: quod factum eſt *c. cit.* quia hoc non neceſſitatis, ſed majoris duntaxat certitudinis causâ factum eſt; quia paris contumaciæ eſt poſt adventum diſcedere, ſive non expectare finem, & legitimè vocatum non venire, *can. Certum 11. q. 3.* & *c. 1. de Judiciis.* Si poſterius, & capitularium pars major recedit, qui remanent electionem inchoare & cæptam proſequi non poſſunt; quia conventum capitularem diſſolvere velle videntur recedentes: quibus, quia major pars ſunt, pauciores remanentes nequeunt prævalere, Gloſſa paſſim recepta *in c. Cum inter 21. V. Capituli*, diſſenſione ortâ inter Canonicos, ibi Capitulum eſſe, aſſerens, ubi eſt major pars legitimè congregatorum, Panormit. *l. cit. n.*

98. 10. & *ibi* Laiman. *n. 5.* Caſu tamen, quô terminus electionis à Jure præfixus inſtaret, aut periculum eſſet in mora, vel ſtatutô aut conſuetudine diem præfigendi & electores convocandi poteſtas Decano vel Seniori ſoli competeret, à præſentibus & remanentibus cum tali paucioribus procedi, & perfici electio poſſet, cæteris abſentibus, Innocentius *in c. Cùm nobis cit. n. 6.*

ARTICULUS VI.

De Electorum abſentium Procuratoribus.

SUMMARIUM.

99. *In Electionis negotio admittitur Procurator;*

100. *Si elector abſens illi intereſſe legitimè impediatur,*

101. *Et impedimenti fides fiat per juramentum:*

102. *Quod tamen remitti à Capitulo poteſt,*

103. *Unanimi omnium, non majoris tantùm partis, conſenſu.*

104. *Procurator conſtituendus eſt de Capitulo:*

105. *Cujus conſenſu extraneus admitti poteſt:*

106. *Neque unus tantùm, ſed etiam plures in ſolidum conſtitui.*

107. *Procurator ſuô & abſentis nomine eligere nequit diverſos:*

108. *Niſi certæ perſonæ electio ei ſit mandata.*

109. *Quô etiam caſu alium ſibi ſubſtituere:*

110. *Non tamen compromittere poteſt:*

111. *Niſi ad perſonam digniorem eligendam generaliter ſit conſtitutus,*

112. *Morte vel privatione electoris abſentis mandatum procuratorium expirat:*

113. *Ante mortis tamen vel privationis notitiam peracta electio ſubſiſtit.*

99. QUantumvis electionem, qui ſuffragii jus habent, celebrare regulariter debeant per ſeipſos, aliquando tamen ad illius negotium admittuntur procuratores, & electorum nomine ſuffragium ferunt: quando ſcilicet electores abſentes ſunt in loco, è quo ad electionem deberent advocari, *c. Quia propter 42. §. Illud au-*
100. *tem*, juſtóque impedimentô detinentur, quò minùs electionis negotio ſine incommodo ipſi valeant intereſſe, *§. cit. & c. Si qui juſto 46. pr. in 6.* Si elector abſens eſſet in loco, è quo ad electionem vocandus de Jure non eſſet, procuratorem conſtituendi jus non haberet, Gloſſa *in c. Si quis cit. pr. V. Detentus.*

Impedimenta, quorum aliquô detentus procuratorem ſuô nomine electurum conſtituere Jure permittitur, ſunt gravis infirmitas, detentio ab hoſte, non tutus ad electionis locum acceſſus propter itinera inſeſſa ab hoſtibus vel paratas, ab inimico inſidias, evocatio ad altius tribunal & alia prudentis viri arbitriô æſtimanda, Gloſſa *in §. cit. V. Venire.* Non etiam cenſura aliáve cauſa, ob quam elector, ſi eſſet præſens, ad ſuffragium non admitteretur; cùm eligere qui tanquam indignus nequit per ſeipſum, etiam non poſſit per procuratorem; abſurdum enim utique eſt, admitti procuratores, quorum authores ſive principales tanquam indigni repelluntur, Tholoſ. *de Elect. cap. 6. n. 8.*

Hujusmodi autem impedimentum, ut procuratoris conſtitutio legitima ſit, eſſe præſens, ſive exiſtere & perſeverare neceſſe eſt tempore electionis; quòd, ſi hoc tempore ſublatum jam eſſet, reiici procurator poſſet; de eóque, ſi notorium aut aliter cognitum non ſit, fides capitulo fieri debet per juramentum, *§. cit.* vel ipſius electoris abſentis, qui de hoc fidem faciat in ipſo inſtrumento procurationis: vel, quod magis conſultum uſitatúmque eſt, ab illo abſente ad eligendum deputati procuratoris, acceptô ad id mandatô ſpeciali, ſuper expreſſo impedimento, vg. infirmitate in principalis ſui abſentis animam jurantis, Innocent. *in §. cit. n. 11.* Hoſtienſ. *in Summa hîc n. 8.* & Barboſa *Lib. 1. Jur. Eccleſ. cap. 19. n. 110.* Niſi juramentum à capitulo remittatur: quod huic permiſſum non obſcurè deſumitur ex verbis, *Super quo, ſi opus fuerit, fidem faciat juramentô*, *§. Illud cit.* procuratoris juramentum exigentibus ſub conditione, *Si opus fuerit*, hoc eſt, ſi impedimentum non ſit notorium vel aliter cognitum, eiúsque probatio à capitulo exigatur, Ratio eſt; quia juramentum hoc introductum eſt favore capituli, quod proinde illi poterit renuntiare, *c. Si de terra 6. de Privileg. & l. Si quis 29. C. de Pactis*; cùm enim capitulum ad eligendum admittere valeat extraneũ, juxta dicta *n. 42.* admittere etiam poterit procuratorem in principalis ſui animam non jurantem, eiúsque ex iſtius, tanquam juſtô impedimentô non detenti, mandato non competens ſuffragii jus conferre, Panormit. *in §. cit. n. 3. in fine* Tholoſ. *cit. n. 8.* & Pirrhing *ad hanc Rubr. n. 147.*

Quodſi procurator, præſtitô vel etiam remiſsô juramentô, ad eligendum ſine proteſtatione admiſſus, & electio ſecuta ſit, poſtea in principali deficientis legitimi impedimenti probatio non amplius admittitur; quòd juramentô, ſi præſtitum, controverſia finita, *c. Et ſi Chriſtus 26. & l. Jus jurandum 2. ff. de Jure jurando*: &, ſi remiſſum ſit, ipſa eius remiſſione à capitularibus juri

ſuo re-

ſuo renuntiatũ intelligatur, Panorm. *in* §. *Illud cit. n.* 3. & Barboſa *cit. n.* 110. Unde

Dubium oritur, an ad juramenti
103. remiſſionem exigatur conſenſus totius capituli; majoris enim partis conſenſum ſufficere, vult Barboſa *l. cit.* ductus Regulâ *c.* 1. *De his quæ à majori & l. Quod major* 19. *ff. ad Municipal.* Verùm in his textibus fundatæ Regulæ loc⁹ non eſt, cùm agitur de tollendo vel diminuendo jure ſingulorũ; cum hoc caſu procedat Regula, *Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari,* 29. eique conſona Regula, *In re cōmuni melior eſt conditio prohibentis,* 56. *in* 6. Quare meliùs ad propoſitam juramenti remiſſionem conſenſum capitularium unanimem cum Panormit. *in* §. *Illud cit. n.* 4. *in fine* exigunt Tholoſ. & Pirrhing *l. citt.* adeò ut, ſi cæteris capitularibus planè omnibus, juramentum & omnem aliam probationem remittentibus, contradicat & juſti impedimenti probationem unus exigat, vel eiusmodi impedimenti deficientis probationẽ ipſe offerat, à procuratore, ſi principalis ſui loco ad electionem admitti velit, juramentum illud ſit præſtandum. Ratio eſt; quòd eius admiſſione diminuatur jus ſingulorum; quia ex una, extranei ad ſuffragium admiſſione ſingulorum capitularium ſuffragia minorem vim habent, quàm ſi non admittatur: ex altera verò parte, admiſſione procuratoris ſine juramento præſtito ſuper impedimento electoris abſentis capitulares tacitè conſentiunt in admiſſionem extranei; cùm elector abſens, ſi prætenſum impedimentum juſtum non ſit, ſuffragii jure careat & planè extraneus ſit; ac proinde etiam procurator, quatenus abſentem repræſentat, extraneus reputetur; quòd datus ſit ab eo, qui ad eligendum procuratorem dare non potuit; quòd vocem non habeat in electione, ſi huic per ſeipſum non interſit, §. *Illud cit. pr.*

Quodſi minoris partis aut etiam unius duntaxat, juramentum ſuper impedimento exigentis aut iſtius defectum probare volentis, contradictione in ſuper habitâ major pars procuratorem non juratum admittat, minor pars aut unicus contradicens cum parte majori illum ad ſuffragium admittente (præmiſſa contra admiſſionem proteſtatione) procedere ad actum electionis, & adverſus hanc, illô admiſsô celebratam, appellare poteſt, Panormit. *l. cit. in fine.*

Dubium ſecundò eſt, an abſentis & 104.
legitimè impediti procurator eſſe poſſit extraneus, ſive qui de capitulo non eſt. Ratio dubitandi eſt; quòd ad procuratoris munus ſuſcipiendum cogi capitularium nemo invitus poſſit, *l. Invitus* 17. *C. de Procurat.* atque idcirco, ſi capitularibus procurationem non admittentibus ea extraneo committi non poſſet, elector abſens & legitimè impeditus jure ſuffragii nullâ ſuâ culpâ privaretur. Sed hoc etiam caſu nolente capitulo extranei deputationi locum non eſſe, deciſum eſt *c. Si quis cit.* §. *fin.* ut adeò hoc caſu ſuffragii amiſſionem elector abſentiæ ſuæ & iſtius cauſæ debeat imputare; quòd capitulares, ſicut procurationis munus ſuſcipere ipſi inviti, *l. Invitus cit.* ſic etiam ſecreta ſua extraneo communicare non teneantur, *arg. l. Mercatores* 4. *C. de Commerc. & mercat.* & voti per literas expreſſio jure non admittatur, §. *fin. cit.* ubi Vivian. *in fine.* Etſi verò hæc ita 165.
ſint, extraneus tamen procurator deputari ab abſente poteſt capitulo conſentiente; cùm enim §. *Illud &* §. *fin. citt.* diſpoſitio concernat favorem capituli: hoc favori pro ſe introducto renuntiare, *c. Si de terra cit. &c.* & extranei procuratoris deputationem admittere valebit, *arg. c. Scriptum cit.* ſaltem ſi ſpeciali & ſedis Apoſtolicæ authoritate ſuóque ju-

ramentô confirmatô ſtatutô non prohibeatur, Gloſſa *in c. fin. cit. V. Nolente*, Panormit. *in* §. *Illud cit. n.* 2. & Laiman *n.* 1. Porro extraneum ad ſuffragium abſentis locô ferendum à capitulo admiſſum ætate, Ordine & cæteris qualitatibus in principali, ſi eſſet præſens, & in aliis electoribus præſentibus jure requiſitis præditum eſſe oportere, rectè monet Paſſerin. *de Electione cap.* 10. *n.* 24.

106. Dubium tertiò eſt, an in negotio electionis procuratores ab eodem deputari plures poſſint. Cui anſam præbent §. *Illud cit.* verba, *Uni committat de ipſo capitulo vicem ſuam.* Sed hac unius mentione pluralitatem quoad effectum duntaxat; non etiam quoad deputatorum perſonas excludi, planè liquet ex *c. Si quis cit.* cujus *pr.* plures disertè admittuntur: dummodo conſtituti ſint in ſolidum; ut procurationis effectus ſive ſuffragium reſtringatur ad unum, eum ſcilicet, qui prævenerit, ſive prius poſtulaverit admitti, *arg. c. Non injuſtè* 14. *de Procurat.* vel unius impediti aut procurationem non admittentis defectus ab altero ſuppleatur. Quodſi plurium in ſolidum conſtitutorum nullus prævenerit, ſed ad ſuffragium ſimul omnes poſtulent admitti, eis nullatenus deferendum: ſed admittendus ille tantùm eſt, quem capitulum vel major iſtius pars deſignârit: &, ſi capitulum vel major ejus pars in deſignatione non conſentiat, attendendus ordo ſcripturæ & cæteris præferendus eſt, cujus nomen in inſtrumento procuratorio primô locô eſt expreſſum, ut *pr. cit.* habetur. Ratio eſt; quòd, ſi plures non in ſolidum deputati eſſent, periculum foret, ne inter ſe diſcordes ſuffragia conferant in diverſos, & electio exitum non ſortiatur: ad quod incommodum excludendum; quando duorum neuter in ſolidum conſtitutus eſt, aut in ſolidum conſtitutorum unius determinatio haberi non poteſt, repelli uterque debet ac poteſt, quin de contemptu & injuria queri elector abſens poſſit; cùm repulſam improvidæ & indiſcretæ conſtitutioni ſuæ debeat imputare, *pr. cit.* ubi Gloſſa *V. Nominatus*, Franc. *n.* 2. Tholoſ. *cit. cap.* 6. *n.* 10.

Dubium quartò eſt, an procurator alium ſuo & alium procuratorio ſive abſentis nomine eligere poſſit; procurator enim ſi, ut ſolet, de capitulo conſtitutus ſit, ſuffragia duo, unum ſuo, alterum abſentis nomine competens habet: quæ an conferri in eundem debeant, vel poſſint in diverſos, pendet ex tenore mandati; cùm, ſi iſtô ſimpliciter aliquem vel quem digniorem judicârit, eligere jubeatur, utrumque ſuffragium conferre debeat in eundem perinde ut alius elector, cui duo ſuffragia, unum præpoſituræ alterum canonicatûs ratione competunt. Si verò mandatô perſona certa, quæ eligatur, expreſſa ſit, hanc eligere abſentis nomine tenetur, etiamſi proprio nomine alium elegerit & digniorem judicârit, *c. Si quis cit.* §. *Porro.* Ratio prioris eſt; quia hujusmodi procuratori competunt duæ voces liberæ; is autem, qui duas voces liberas habet, eas nequit dividere & conferre in diverſos: ſed iis, ſive propriô ſive alienô nomine competant, eligere tenetur meliorem ſive digniorem, *can. Metropolitano* 21. *diſt.* 63. *can. Licet* 8. *q.* 1. & Trident. *Seſſ.* 24. *cap.* 1. *de Ref.* & qui conſcientiâ ſuô, eâdem alienô nomine eligens aliquem judicare debet meliorem; cùm ex duobus altero melior judicari nequeat utérque, Gloſſa *in* §. *cit. V. Nihil agit*, tali caſu ſuffragiorum in diverſos collatorum utrumque pro invalido habens cum ipſo textu, à procuratore alium ſuô, alium abſentis nomine nominante, nihil agi expreſsè ſtatuente; quia ejus ſuffragia eſſe videantur alternativa

& in-

& incerta, quæ Jure reprobantur & in-
valida ſunt, *c. In electionibus* 2. *in 6*. Ge-
minian. *in* §. *cit. n.* 2. Vivianus §. *cit. pr.*
& Paſſerin. *cit, cap.* 10. *n.* 43. caſu,
quô duo, in quos ſuffragia diviſa ſunt,
meritis æquales judicantur, idem docens
contra *cit.* Barboſam & ab hoc relatos
alios *n.* 105. Poſterioris ratio eſt par-
tim; quia procurator cuſtodire debet fi-
nes mandati, *l. Diligenter* 5. *ff Mandati* & *l.*
Si procurator 10. *C. de Procurat.* quô pro-
inde ad certam perſonam eligendam ad
ſtrictus, ſuffragium in aliam, etiam
quam digniorem judicat, conferre non
poteſt; ne mandati excedat fines, & a-
liud agat, quam ei eſt mandatum, *l. Di-
ligenter cit. pr.* Gloſſa *in* §. *Porro cit. V.
Mandatum:* partim verò; quia tali ca-
ſu libere eligere potiùs cenſetur princi-
palis, quàm procurator; cùm iſte vo-
tum principalis potiùs explicet, quàm
ipſe libere ferat, Vivian. *in* §. *cit. V. Niſi
citt.* Tholoſ. *cap. 6. n.* 11. & Pirrhing
n 105. ubi caſu, quô perſona mandatô
nominata eſſet indigna, mandatum non
admittendum, monet cum Hoſtienſ. *cit.
n. 8.*

109. Dubium quintò eſt, an procurator
ad eligendum vices ſuas committere va-
leat alteri. Qua in re intereſt, an ſpe-
ciale de certa, vel generale de perſona,
quam idoneam vel digniorem judicârit,
eligenda habeat mandatum; cùm, ſi ha-
beat ſpeciale ſibi comiſſas abſentis nomi-
ne eligendi vices ſubdelegando in alium
valeat transferre, *arg. c. Is cui* 12. *pr.
de Offic deleg in 6.* quòd alium ſibi ſub-
ſtituendo neque abſenti, neque præſen-
tibus electoribus præjudicet; cùm pa-
rùm referat, an per ſe vel per alium ſuf-
fragium conferat in perſonam nomina-
tam, Gloſſa *in* §. *Porro cit. V. De certa.*
Si verò habeat mandatum generale, ſub-
delegando alium ſibi ſubſtituere nequeat,
arg. c. cit. V. Sed ſi; quòd electa cenſea-
tur induſtria & diſcretio perſonæ, Pir-
rhing *cit. n.* 150. §. *Cæterum:* niſi alium
ſubſtituendi poteſtas ipſi mandato inſer-
ta eſſet; hoc enim caſu alium ſibi ſub-
ſtituere permitteretur, *arg. c. cit. V. Niſi*
junctâ Gloſsâ *V. Per alium.*

Dubium ſextò eſt, an ad eligen- 110.
dum procurator valeat compromittere.
Cujus etiam reſolutio ex mandati quali-
tate deſumenda eſt; nam, licet com-
promittere nequeat cum ſpeciali ad cer-
tam perſonam eligendam conſtitutus;
quòd, cùm tali mandato in ſolam per-
ſonam nominatam conſentire permitta-
tur, in aliam, à compromiſſariis fortè
eligendam, conſentiendo excederet fines
mandati. Compromittere tamen poteſt 111.
deputatus cum mandato generali; quia
hujusmodi mandatô eligendi jus totum
in ipſum translatum videtur, ut in ele-
ctionis negotio omnia, quæ mandans,
ſi eſſet præſens, poſſit, *c. Venerabili* 37.
in fine de Offic. deleg. atque idcirco, ſicut
iſte ſi præſens eſſet, ſic iſtô abſente ipſe
legitimè compromittat, Gloſſa *V. De
certa cit.* & Pirrhing §. *Cæterum cit.*

Dubium ſeptimò eſt, an mandante 112.
ante electionem mortuô vel eligendi ju-
re quocunque modo privatô, ab eóve
ſuſpensô nihilominus mandatum procu-
rator validè exequatur. Negant id Tho-
loſ. *cap. 6. n.* 13. & Pirrhing *cit. n.* 150.
§. *Porro*, & negandum evincit ratio;
quòd mandantis morte vel privatione
mandatum expiret, *Clement. fin.* junctâ
Gloſſa *V. Negotia de Procurat.* cùm enim
in negotio electionis procurator nihil
ſuo, ſed omnia mandantis nomine agat
l. 1. ff de Procurat. ſuffragii jure, quod
huic competebat, expirante, etiam man-
datum & in iſto fundatam poteſtatem
procuràtoris expirare eſt neceſſe.

Etſi verò hoc ita ſit &, mandantis 113.

morte vel privatione cognitâ, mandatum exequi procurator non poſſit, electionem tamen poſt illius mortem vel privationem, ſed ante acceptam mortis &c. notitiam, jam perfectam, & à procuratore in electionis negotio acta omnia Jure ſubſiſtere, cum Archidiacono *in c. Si quis juſto cit. n. 3. pr.* ſuſtinent *citt.* Barboſa *n 111.* Paſſerin. *cap.* 10. *n.* 42. & Tamburin. *Tom. 1. de Jure Abbat. diſp. 5. q. 4. n. 8.*

ARTICULUS VII.

De Electionis Loco.

SUMMARIUM.

114. *Electio celebranda eſt ab electoribus congregatis,*
115. *In loco Eccleſiæ viduatæ:*
116. *Extra quem validè,*
117. *Et aliquando etiam licitè peragitur.*
118. *Licitè etiam fit in Eccleſia interdicta.*
119. *Clandeſtinæ electiones fere reprobatæ,*
120. *Et aliquando irritæ ſunt.*

114. AD prælati electionem, ut Canonica ſit, ſatis non eſt, omnes, qui ſuffragii jus habent, atque intereſſe volunt & commodè poſſunt, ad eam vocari, juxta *c. Quia propter 42. pr.* ſed neceſſarium omnino eſt, ut in uno loco collegialiter congregentur, *c. Cùm terra 14.* Ratio eſt; quia electio eſt actus collegialis, ad capitulares non ſingulari, ſed collegii jure pertinens, Panormit. *in c. Auditis 29. n. 8.* actus autē competens aliquibus, ut conſtituentibus collegium ſive Univerſitatem, non niſi ab ipſis collegialiter congregatis geri poteſt, & aliter geſtus non valet, *arg. l. Sicut 7. §. 1. ff. Quod cujusque univerſ. nom.* Tholoſan. *de Elect. cap.* 15. *n.* 1. Ubi

Dubium eſt, quô locô pro electione congregandi ſint capitulares. Qua in re quòd *juxta conſtitutiones Canonicas, ſi fieri poteſt, in Eccleſia,* paſtore viduata, *electio debeat celebrari*, notabilis textus eſt *c. Quod ſicut 28. pr.* In ea autem celebrari cenſetur non ſolùm, ſi in ipſo ejus choro vel navi, ut *c. Cùm nobis 19.* ſed etiam, ſi in ſacriſtia vel conſueto capituli loco, ut *c. Cùm inter 21. & c. In cauſis 30.* vel alio conclavi & loco honeſto, intra Eccleſiæ ambitum ſito, juxta cujusque Eccleſiæ conſuetudinem celebretur, Gloſſa *in c. Cùm terra cit. V. In quo cit.* Tholoſ. *cap.* 7. Baiſius *de Elect. p. 3. cap. 12. n. 1.* & Paſſerin. *de Elect. cap. 12. n. 2.*

Atque hoc Gloſſa *in can. 1. V. Fieri in Urbe diſt. 23.* eámque ſecuti Ant. de Butr. *in c. Quod ſicut cit. n. 6.* & Panormit. *ibid. n. 2.* adeò neceſſarium exiſtimant; ut absque rationabili cauſa extra Eccleſiæ ambitum celebrata electio ipſo Jure non ſubſiſtat, & locus ſit *Reg. Quæ contra jus 64. in 6. & l. Non dubium 5. C. de LL.* Verùm, quia ex una, Regulares hi textus de actibus, contra Jus non ſimpliciter prohibens, ſed formam ſtatuens actui, aut irritante clauſula munitum, geſtis procedunt, ut ex cōmuni DD. ſenſu ad *Lib. 5. tit. 41. ad Reg. cit.* pleniùs tradetur: ex altera verò parte, ſacri Canones, ex quibus electiones intra Eccleſiam viduatam iſtiúsque ambitum celebrandam, deſumitur, neque electioni ſtatuunt formam, neque clauſulam continent irritantem, contra ipſorum præſcriptum extra Eccleſiam illam peractam electionem irritationi, non impoſitæ Jure, ſed per ſententiam inducendæ, obnoxiam veriſimiliùs cenſent Laiman *in c. Cùm inter cit. n. 1.* & Pirrhing *ad hanc Rubr. n. 241.* ſub-